Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



hic abreuiat primus lib Regum.

Et consecum sunt eum uiri sagittarii et uulnerati sunt uehementer a sagittariis. Dixitque saul armigero suo. Educe gladium tuum et pange me. ne forte ueniant hi incircumcisi isti et transfigant me illudentes mihi. et noluit armiger eius. Erat enim timor ualde. Arripuit itaque saul gladium suum et cecidit super eum. Quod cum uidisset armiger eius uidelicet quia mortuus est saul. Irruit etiam ipse super gladium suum et mortuus est cum eo. Mortuus est ergo saul et tres filii eius et armiger illius et omnes uiri eius in die illa pariter. Tu. Viderunt autem filii israel qui erant trans uallem et trans iordanem quod fugissent uiri israel et quod mortuus esset saul et filii eius reliquerunt ciuitates suas et fugerunt. ueneruntque philisthei et expoliauerunt interfectos. et inuenerunt saul et tres filios eius iacentes in monte gelboe et praecidit caput saul et expoliauerunt eum armis et miserunt in terram philisthinorum per circuitum. ut annunciarent in templo idolorum et in populis. et posuerunt arma eius in templo astaroth. corpus eius uero suspenderunt in muro bethsan.

Filius. xxx annorum erat dauid cum regnare cepisset et xl annis regnauit in hebron super iudam regnauit. vii. annis et sex mensibus. in iherusalem autem regnauit. xxxiii tribus annis super omnem israel et iudam. Et abiit rex et omnis uir

qui erant in ierusalem ad iebuseum habitatorem terre. Dictumque est ad dauid ab eis. Tanta est audacia ut iam a debilibus arcearis. ad eos dauid respondit. Fiatne inquiens ego uidebor ut parua sublimia tangam. Cepit autem dauid arcem syon habitauit in ea. et uocauit eam ciuitatem dauid. et edificauit a mello et uersus. Tu autem.

Nota quamque die uenerit. vi. kalendas augusti. i. dies solis. Abdo et sermones. secundum die dominica legantur liber sapiae. et tenenda est per quamque ebdomadam. Sabbato ad uisum. Capitulum.

Benedictus dominus et pater domini nostri iesu christi et pater misericordiarum et dominus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Deo gratias. Iubilum sapiae. Eccle. Ne delinquas me. Hymnus salutem. Oluxbam. Veneratio crucis al. Antiphona.

Omnis sapientia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante eum ante saecula. Sapientia edificauit sibi domum excidit columnas septem subdidit sibi geneses suptilesque et sublimium colla quae iunxit caelum. Sapientia clamitat in plateis liquidis diligit sapientiam ad me declinet et eam inuenient et eam cum inuenerit beatus est si tenuerit eam. Dominus possedit me in initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio ante quam fiunt abyssi et ego parturiebar quando praeparabat celos adeiam cum eo disponens omnia. Ego in altissimis habito et thronus meus in columna nubis. Praebe fili cor tuum mihi oculi tui uideant aequitatem ut addatur gratia capiti tuo. Magna est iudicia tua domine et iocunda tribulatio uiua tua magnificasti populum tuum in hospitalitate. Hymnus. Iam tuus in hyslodia.